Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26137
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Habet etiam horribilem aspectum. cum ptinus adiungit. Et egredi-
entur. et uidebunt cadauera uiroꝝ qui puaricati sunt in me. Vermis
eorꝝ non morietur. et ignis eorꝝ non extinguet. Quid enim horribili
dici. quid cogitari potest. quam dampnationis uulnera suscipere.
et dolores uulnerum numq̃ finire. De hoc horribili aspectu rotaꝝ
bene p sophoniam dicit. cum supueniet duris mentib̃. dies iudicii
denuntiatur. Iuxta ē dies dni magnus. iuxta. et uelox nimis. Vox
diei dni amara. tribulabit ibi fortis. Dies ire dies illa. dies tribula-
tionis et angustie. dies calamitatis et miserie. dies tenebrarū et ca-
liginis. dies nebule et turbinis. dies tube et clangoris. Si quia
exteriores rote dicta exposuimus. restat nunc ut interioris quoq;
staturam. altitudinem. et horribilem aspectum pferre debeamus.
Habet quippe rota interior. staturam suam. cum p scm euglm ad ꝛrena desi-
deria incuruari nos phibet redemptoris nri uocib̃. dicens. Adten-
dite ut non grauentur. corda ura in crapula et ebrietate aut
in curis hui uite. Habet altitudinē. cum de eodem redemptore
pmittit dicens. Quotquot aut receperunt eum dedit eis potesta-
tem filios di fieri. Quid enim hac potestate alcius. quid hac alti-
tudine sublimius dici potest. in qua creatus quisq; efficit fili
creatoris. Habet horribilem aspectum. cum de reprbis loquit dicē.
Ibunt in supplicii etnum. Habet staturam. cum ueritas discipu-
los admonet dicens. Vendite que possidetis et date elemosina.
facite uobis sacculos non uetereſcentes. Habet pmissionis altitudi-
nem cum dicit. Venient ab oriente et occidente et recumbent cum
abraham. ysaac et iacob in regno celoꝝ. habet horribilem aspectum
cum subdit. Filii aut regni eicientur in tenebras exteriores. Ibi erit
fletus et stridor dentium. Quib̃ rursum uoce ueritatis di. Vos
in peccatis uris moriemini. Habet staturam. cum primi pastoris
uocib̃. dicit. Ministrate in fide ura uirtutem. in uirtute aut sci
entiam. in scientia autem abstinentiam. in abstinentia aut pa
cientiam. in pacientia aut pietatem. in pietate aut amorem fra
ternitatis. in amore aut fraternitatis caritate. Habet altitudinem.
cum paulo p dicit. Sic enim habundanter ministrabit uobis intro